



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis &
Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.**

Melanchthon, Philipp

Vuitebergæ, 1544

VD16 E 4532

Feria Secvnda Pentecostes Actorum II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35272

PENTECOSTES. 4

ee Euangelij, consolationem habemus, ac induimur luce fidei, ut magis magisque iram Dei, & misericordiam agnoscamus, & noua luce, quae est imago Dei, ornemur, id est, noticia Dei, fiducia praesentiae Dei, dilectione, & ceteris uirtutibus. & addit, tanquam à Domini Spiritu, ut sciamus, hanc renouationem esse opus Spiritus sancti in nobis.

Illud etiam sciamus, excuti Spiritum sanctum lapsibus contra conscientiam, ut Gala. 5. dicitur: Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis. Et deinde: Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, odia, de quibus dixi, talia facientes regnum Dei non consecuturos esse. Et de his Iohannes inquit: Qui facit peccatum ex Diabolo est, & Ebreo. 10. Filium Dei conculcans, & sanguinem testamenti polluens, & Spiritum gratiae contumelia afficiens. Haec doctrina necessaria est Christianis, ut sciant omnibus promissum esse Spiritum sanctum, & accipi ab omnibus fide in uera poenitentia, & retineri, dum manemus in exercitijs uerae poenitentiae, & inuocationis.

FERIA SECUNDA PENTECOSTES Actorum II.

a iij Et cum

FERIA SECVNDA

ET cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes unanimiter simul. Et factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis flatus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Et conspectæ sunt illis dispersitæ linguæ, tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui alijs linguis, prout spiritus dabat eis eloqui.

Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, uiri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac uoce conuenit multitudo, & confusa est, quoniam audiebat unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes inter sese, Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audimus unusquisque propriam linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi & Medi, & Elamitæ, & qui habi

tant

PENTECOSTES. 5.

tant Mesopotamiam, & Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, & Phrygiam & Pamphylia, Aegyptum & partes Lybię, quę est circa Cyrenen, & peregrini Romani, Iudæi & Profelyti, Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica Dei. Stupebant autem omnes, & consternabantur ad inuicem dicentes: Quid nam uult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant, q̄ musto pleni sunt.

Stetit autem Petrus cum undecim, & eleuauit uocem suam, & loquutus est eis. Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & percipite aurib. uerba mea. Non enim sicut uos existimatis, hi ebrj sunt, est enim hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Joel: Et erit in nouissimis diebus, dicit Deus, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, Et prophetabunt filij uestri, & filia uestra, & adolescentuli uestri uisio-

FERIA SECUNDA

nes uidebunt, & seniores uestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt, & dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem, & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam ueniat Dies Domini magnus & manifestus. Et omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

CVM haec sit descriptio initij regni Christi, statim proponitur summa doctrinae, exemplum conuersionis, forma, & imago huius regni. Primum autem hic attente consideretur species Ecclesiae, & repetantur animo magnificae promissiones datae huic populo, & cogitetur, quam magnifica fuerit expectatio mundani regni. Ad hanc expectationem quomodo conuenit haec forma? Etsi donum est multo gloriosius, uidelicet inchoatio uitae aeternae, per Spiritum sanctum facta, & societas diuinae naturae. tamen exigua pars populi consequitur hoc beneficium, & illi ipsi sunt imbecilles, sine opibus, sine potentia mundi, & si excellunt agnitione Dei, & testimonijs Spiritus sancti. Hec species multa monet. Con-

PENTECOSTES. 6.

CONTIO PETRI.

Primum refutat tacitam persuasionem populi de regno mundano, & docet Regnum Christi fore donationem Spiritus sancti, & uitæ æternæ. Ad hoc citat Prophetam, & est insignis sententia: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Hoc dictum testatur Spiritum sanctum esse naturæ Deum, quia dicit, de Spiritu meo. Diligenter autem obseruanda est particula, de Spiritu meo. Quale testimonium est dilectionis, quod scipsium Deus impertit nobis, quod dato Spiritu sancto, efficit nos participes suæ naturæ, indit potentiam aduersus peccatum & alia mala. Coniungit autem Prophetæ primum & secundum aduentum, quia donatio Spiritus sancti est inchoatio uitæ æternæ. Et describitur noua contio eius temporis: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit, quasi dicat, Tunc proponetur Euangelium de remissione peccatorum, & agnossetur Dominus, qui est autor huius Regni, qui docebit inuocationem. Hac inuocatione omnes saluabuntur, non Lege. Ac diligenter considerandum est, hoc dictum de inuocatione, oppositum esse opinionibus Legis, quia Lex deterret ab inuocatione, cum accusat. Iam autem proponitur nobis mediator & Pontifex,
per

IN DIE

per quem iubemur inuocare, per quem donantur gratis remissio peccatorum, & uita aeterna. Hic obiter etiam discamus, uerum & praecipuum cultum esse noui Testamenti, inuocationem.

Refutato errore Iudeorum de Regno corporali, & recitato testimonio de Spiritu sancto, iam incipit contionari de autore Regni, scilicet, quod propter filium Dei, crucifixum, & resuscitatum, dentur Spiritus sanctus, & uita aeterna, quod filius Dei resuscitatus, sit efficax, sit saluatorus, sit iudicaturus uiuos & mortuos. Hic addit testimonium ex Psalmo. Deinde in Conclusionem arguit peccatum eorum, quod hunc filium Dei, autorem noui Regni crucifixerint, & iubet eos agnoscere peccatum, & accipere remissionem peccatorum. Ita complectitur summam Euangelij. Iam autem uide, quale peccatum eis obijciatur, quod crucifixerint filium Dei. Maximum peccatum proponit, ut ostendat gratiam exuberare supra peccatum, ne quem magnitudo peccatorum adigat ad desperationem. Meminerimus autem hanc uocem pertinere ad omnes, omnibus temporibus. Singulorum peccata fuerunt causa, quare oportuit filium Dei pati, quia aliter deleri peccatum non potuit. Item, quam multi consenserunt in aliqua falsa dogmata, in supplicia aliqua piorum, aut certe non declarauerunt suam confessionem, non defendunt

PENTECOSTES. >

dunt Sanctos. Ita singuli aliquo modo cruci-
fixerunt filium Dei. Diligenter igitur hæc par-
ticula consideretur, & ut nostra peccata agnosca-
mus, & ut discamus, gratiam exuberare supra
peccatum.

FERIA TERTIA PENTECOSTES, ACTO. XV.

Surrexerunt autem quidam de Hæ-
resi Phariseorum, qui crediderant,
dicentes, q̄ oportet circumcidere eos,
& præcipere, seruare Legem Mosi, Con-
ueneruntq; Apostoli & seniores, ui-
dere de hoc uerbo.

Cum autem magna disceptatio
fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: Viri
fratres, uos scitis, q̄ ab antiquis diebus
Deus inter nos elegit per os meum au-
dire gentes uerbum Euangelij, & cre-
dere. Et Deus, qui nouit corda, testi-
monium perhibuit eis, dans eis Spiri-
tum sanctum, sicut & nobis, & nihil
discreuit inter nos & illos, fide purifi-
cans corda eorum. Nunc ergo quid
tentatis